Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



omnia peccata mea. Tractus.

Ecce duas mulieres chanaanee non est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus adamanducandum. ℣. Ait illa dicit etiam domine nam et catelli edunt de micis que cadunt de mensa dominorum suorum. ℣. Ait illi ihesus o mulier magna est fides tua fiat tibi sicut petis. Sequentia sancti evangelii secundum matheum.

In illo tempore: Egressus ihesus secessit in partes tyri et sydonis. Et ecce mulier chananea a finibus illis egressa: clamavit dicens. Miserere mei domine fili dauid: filia mea male a demonio vexatur. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius: rogabant eum dicentes. Dimitte eam: quia clamat post nos. Ipse autem respondens ait. Non sum missus: nisi ad oves que perierunt domus israel. Ait illa venit: et adorabat eum dicens domine adiuua me. Qui respondens ait. Non est bonum sumere panem filiorum: et mittere canibus. Ait illa dicit. Etiam domine. Nam et catelli edunt de micis que cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens